

1427. circa 20. Julii.

Ex Orig. Arch. Regni.

501.

Per Vladislavum regem  
duci Mitkoni villas  
certe donantur.

109

In nomine Domini amen. Ad per-  
petuam rei memoriam. Ne error  
oblivionis gestis sub tempore ver-  
santibus imposterum pariat detri-  
menta, alta Regum et Principum  
consilia decreverunt, ea literarum a-  
piibus, et testium annotatione per-  
hennari, ne lapsu temporis evanescant.  
Proinde nos Vladislavus Dei gratia Rex  
Polonie, neenontenarum Cracovie,  
Sandomirie, Siadie, Lancicie, Cuias-  
vie Lithuanie Princeps supremus,  
Pomeranie, Russieque dominus et  
heredes. Significamus tenore presentium  
quibus expedit universis presentibus  
et futuris notitiam presentium ha-  
bituris. Quomodo inspectis fidelibus  
servitiis, quibus majestati nostre me-  
clarus dux Mitko, filius Simonis  
ducis Dnuschnensis hactenus compla-  
cuit,  
Brestchensii



cuit, et adhuc aucto fidelitatis studio  
non cessat complacere. Horum intuitu  
et aliorum laudabilium exercitationum,  
quibus apud nostram majestatem ex-  
tigit, plurimum commendatus, sibi  
villas nostras Cloppi, Wangierce,  
Kaliowice, Komarno, Litowoyce  
vastitatem alias Dwornysze in Gro-  
decensi ac Kleczko, in Szczymski  
districtibus et in terra Ruffia situa-  
tas cum omnibus et singulis villarum  
predictarum utilitatibus, fructibus,  
redditibus, proventibus, censibus the-  
loniis, agris, pratis, campis, pascuis,  
sylvis, nemoribus, gajis, virgultis,  
meruis, quercetis, boris, pinetis, mel-  
lificiis, venationibus, aucupationibus,  
montibus planis, vallibus, aquis, et  
earum decursibus, molendinis, emolu-  
mentis, piscinis, piscatoriis, lacibus,  
stagnis, paludibus, fluviis, rivis, ri-  
vulis et quibusvis aliis pertinentiis,  
obventionibus et appendiis universis  
ad predictas villas quomodolibet spe-  
ctantibus, quibuscumque vocabulis vo-  
citentur ea jure et dominio, quibus

easdem

—



easdem villas tenuimus, habuimus  
 et hactenus possedimus, prout etiam  
 prefate villae in suis metis et gra-  
 niis longe, late, et circumferencia-  
 liter sunt ab antiquo limitate et  
 distincte, damus, donamus, conferimus  
 et largimur perpetuis temporibus et  
 in aevum, per ipsum ducem Mittho-  
 nem, heredes et Successores suos le-  
 gitimos tenendas, habendas, utifru-  
 endas, pacifice et quiete perpetue  
 possidendas, necnon commutandas, ali-  
 mandas, obligandas, donandas, nostro  
 tamen consensu ad id auctore speci-  
 ali, ac suos in usus, et suorum suc-  
 cessorum legitimorum voluntarios con-  
 vertendas. Ita tamen, quod si prefa-  
 tus dux Mittho in parte legitima,  
 quod absit, defecerit, extunc solutis  
 fratribus seu proximioribus lineae  
 suae trecentis marcis per nos succes-  
 sores nostros, seu per heredes Regni  
 Poloniae et coronam villa praedictae  
 ad nos Successoresque nostros et co-  
 ronam Regni Poloniae revertentur ple-  
 no jure. Ratione aius donationis  
 prefatus



prefatus dux Alitho et sui Successores  
legitimi nobis Successoribus, nostris  
et corone Regni Poloniae prefate ad  
expeditionem quotiens fuerit in terra  
Russie proclamata una hasta et  
quatuor sagittariis bene armatis in  
equis valentibus servire tenebitur et  
debebit, volutionibus nihilominus in  
terris Russie nobis dari solitis et con-  
suetis penitus pro nobis reservatis et  
exemptis. Harum quibus sigillum no-  
strae maiestatis est appensum testi-  
monio literarum. Actum in Premisla  
Die Dominico proximo, ante festum  
beate Magdalene, Anno Domini mille-  
Simo quadringentesimo vigesimo septi-  
mo. Presentibus ibidem Reverendissi-  
mo et Reverendo in Christo Patribus:  
Joanne Leopoliensi Archiepiscopo, et  
Joanne Premisliensi Episcopo, necnon  
magnificis et strenuis, Floriano de  
Konytrica Visliciensis, Paulo Szlodecy  
Magogostiensis Castellanis, Nicolao de  
Chrastore Gladifery Cracoviensi et Ma-  
thia de Jogiska, ac aliis quampluri-  
bus fidedignis. Datum per manus ve-  
nerabilium virorum Joannis Schafraniez  
Decani



Decani Cracoviensis cancellarii et Sta-  
nislai Czolek Vicecancellarii Regni Po-  
lonie, sincere nobis dilectorum.

110

Dilecto filio nobili Ad relationem ejusdem  
dmi Litterania Venerabilis Stanislai  
Czolek Regni Polonia  
Vicecancellarii.

In copia impressa Longi-  
nata pargaminowegs, ulito-  
regis wisi pieczec' na smertku  
jadwabnym, d. 14. Maii  
1705.

quod...  
re...  
pro...  
ad...  
et...  
ta...  
non...  
de...  
sicut...  
quod...  
rel...  
litter...



